



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De varijs speciebus Cambij per litteras cap. 54.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

cus tamen si inde oriatur damnum aliquod, vel lucrum cessaret.

*De variis speciebus Cambii per litteras. Cap. 54.*

**Q**uinq̄ sunt species Cambii. \*Prima, Cum Petrus dat Campfori Romæ centum, vt det sibi 95. Venetiis: eiusdem pretii, alios enim quinque cāpfori pro litteris, expensis, labore, relinquit: quod cambium licitum est, modo exigatur tantum iustū pretium. \*Secunda, Cum quis dat pecunias, vbi minus valent, vt recipiat, vbi magis valent, pecunię nāque præsentes, magis valent quam absentes, etiam si illæ alioqui sint eiusdem valoris vtrouique, & maxime si accedat periculum, vnde duplici quasi nomine hoc cambium est licitum, modo pretium sit proportionatum distantię locorum. \*Tertia, est huic contraria

nempe cum indigens dat Camp-  
 fori Romæ pecunias, vbi plus va-  
 lent, vt recipiat eas, vbi minus; &  
 hoc licet, maxime si pecunia in ea-  
 dem reddatur specie. \*Quarta, Di-  
 citur cambium ad incertam solu-  
 tionem: cum quis dat Campfori  
 pecunias Romæ, vt eas recipiat ad  
 precium fori, quod primo occur-  
 rit, quod modo crescit, modo de-  
 crescit, sic enim existens æquale  
 periculum augmenti & decemē-  
 ti, pro vtraque parte, licet. \*Quinta  
 Dicitur cambium ad creditum.  
 cum nimirum quis pecuniæ onus  
 reuens, dat campfori, vt ipse per  
 litteras teneatur reddere illi vbi  
 constituerit, & vnanimis in hoc  
 consentiunt: quod pariter iustum  
 viderur, Cambia autem hæc pos-  
 sunt fieri etiã intra idem regnum.

*De Cambio Reali. Cap. 55.*